UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Studium

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

…biles, nec flecti quidem, ſed frangi poſſe fortunam ? At …certa ſunt. D. Ambiguo in ſtatu poſitus, quid de me …deſidio. R. Vbi, quando, qualiter moriaris ambigere qui…s mori autem oportere, nec male mori poſſe qui vſque …bene vixerit, ne cito mori quibuſvis in ſpatiis vitæ viri bo…impleuit, vel ſi id non licuit, at ſpem dedit, nec alibi, …ruſio, qui veram ſuſpiras ad patriam, dubitare (ni deſipis) …s modo. Vnde igitur iſtæ ambages ? de fortuna forſitan ? …rem, quæ vix vlli vnquam fecit ? an ſuos potius mores …nquam pelagus procelloſum, nunc ficta tranquillitate fal…fluctibus altis minax, nunc horrenda naufragiis. Ne de …m ipſo, ſi qua tibi experientia rerum eſt, dubitatio vlla …: quamuis enim euentus ambigui, ipſa tamen ambigui… virtus, quæ te inter certa certum faciet, certa eſt, cui cum …deris prouiſa omnia, nihil erit ambigui. D. Ambigu…t mihi. R. At non ambiguus Deo, id ſat eſt, illi te ipſum …le, & dicei: in manibus tuis ſortes meæ. Id cum pie fece…rerum, pone ambiguitatem, pone ſollicitudinem. Ille …te acturus ſit, nullius rei dubius, parua quidem, ſed fir…cula, magnum ſulcas mare. Fidus tuæque ſalutis aman…ubernator eſt. Quid refert an viam vector ignoret, ſi ma…gi nota eſt ?

…Fortuna.

Sterilitas.

¶ Philosophicæ Sententiæ.

…ratis cauſa cum ætas, & viro, & mulieri præceſſerit, ſi inter …greſſi non gignunt, interdum in vtriſque, interdum in al…ntummodo eſt. *Ariſt. hiſt anim.* 20. *c.* 1.

…tas iis eſt, ſi in emittendo ſimul non conueniunt vir & fœ…d longe inter ſe diſcrepent, & in viro cauſa eſſe dignoſcitur, …s non procreat. *ibid. c.* 7.

…tatis cauſæ multæ ſunt: nam aliis a primo ortu naturæ lo…mum commodum oblæſis, ſteriles, & viri & mulieres red…alteræ non pubeſcant, alteri non barbeſcant, aliis in pro…tis idem accidit affectus, & gignuntur mulieres viragines, …menſtrua deſunt, & viri fœminares, quibus ſemen exile, …nque eſt. *de gener. anim.* 2. *c.* 8.

…tatis cauſæ in ſpermate ſunt, quod male ſit complexiona…do, & frigido excellenti, vel humido, & ſicco, ideo impe…tem generatiuam: & virtus in communicatiua ſperma…infantis, & nauſeatiuam ſatietatem patientis frequenter, …i frequentius, aut ſenis, & cuius non ſunt membra ſana. …*de anim.* l. 10. *tract.* 2. *c.* 1.

…tatis cauſæ ex parte mulieris; ſunt præcipue ſi ſit frigida …conſtringente poros, ne menſtruet, & humiditas multa, & …trix ex partu diſcontinuata non bene eſt readunata, ideo …net ſperma: & quum eſt adeps multus ſuper zirbum, & …mit matricem, *idem, ibid.*

…ilitatis cauſæ ex parte membri genitalis ſunt, ſi debilia ſunt …ermatis, aut abſciſſa, vt ſi abſcindantur venæ poſt auriculas, …e non ſpermatizat amplius, aut ſi ementulatur, aut nerui ge…m læduntur, aut emplaſtrantur, ius quoniam nigro: & vul…ia amplitudo & arctitudo nimia, & veretrum eſt nimis bre…erui virgæ tortura. *Alb. Magn. de anim. lib.* 10. *tract.* 1. *c.* 1.

…ilitatis cauſæ ex errore ſitus ſunt, ſi mulier in latere diſponi…e mulier virum ſupergreditur, aut ſiſtat, & ſi poſterius cogno…, quia natium ſpiſſitudo impedit, ne ad matricis os accedat …*idem ibid.*

…rilitatis cauſa, quæ eſt per ſe, eſt deſtitutio ſpermatis à vir…generatiua, quæ ſecundum naturam eſt in ipſo. At per acci…ſterilitatis cauſæ ſunt multæ. *Idem de anim. lib.* 16. *tract.* 2. …*e primo.*

De ſterilitate annua. Dial. LVIII.

Franciſc. Petrarch.

Dol.

…terilitate premor annua. R. Iam tibi fertilitas gratia erit, opti…res omnis contrarii collatione cognoſcitur. D. Fefellit ager …am ſpem. R. Non te ager fallit, ſed improbitas, cupiditaſque …i, cuncta vobis ad nutum ſucceſſura promittitis inſolentes, …o digni iudicio, quibus ipſa rerum pareat natura, quæ ſi ſuum …ruare auſa profundam ſemel auaritiæ veſtræ præruptamque …ginem, cui nihil eſt ſatis, inexpletam liquerit, inſolens vobis …ra atque iniurioſa videbitur. Non ſunt hæ autem iuſtæ nec modeſtæ ſpes, ſed immodici figmenta deſiderii, ea quidem fingitis euentura quæ cupitis, ſi quid deeſt damnum dicitur, tuus ager ſuum morem tenuit, & tu tuum tenes. Terræ etenim vbertas, & ſterilitas alterna, ſed cupiditas veſtra perpetua eſt. Vos iniquiſſimi omnium interpretes, cum illam grate, ac ſobrie hanc patienter, ac fortiter ferre debueritis, illam contemnitis, hanc defletis. Illa tumidos facit, hæc querulos. D. Ager meliora pollicitus me fefellit. R. Terram bobus, ac raſtris, cœlum votis ac precibus fatigatis. Ventorum ſpiritus, opportunitas imbrium, germinum decor, agri ſpecies, puluis hybernus, lutum vernum, æſtiui ſoles, maturitas autumnalis, omnia cupidos in ſpecie trahunt, vt arentem ſtipam flamma omnis incendit, vt inanem puluerem flatus omnis impellit, ſic auarum animum lucrum omne ſuſpendit, atque erigit, omniſque non rei modo, ſed vel tenuis ſpei iactura confundit, ac deiicit. Sed frænate miſeri motus inconditos, infinitam concupiſcentiam coercete, & ſpem credulam mille tandem deluſam ſucceſſibus caſtigate, quid nunc cœlum, terramque reſpicitis ? Non aliunde fertilitas quam à Deo eſt. Illum mortales agere finite, & videte quod agitur & laudate, ſinite opificem operari, & vnius artificii perito homini exhibendam reuerentiam non negeris Deo. Pudeat terrea vaſcula cœleſtem figulum arguere, ſed in omnibus illi voce atque animo gratias agite, qui neceſſitatum conſcius veſtrarum, neque cupiditatum neſcius illi ſuccurrit, hic occurrit. Vtrobique miſericors, vtrobique terribilis in conſiliis ſuper filios hominum, vt de illo ſcriptum eſt: Sperate iam tandem, non in agris veſtris, ſed in Domino, & facite bonitatem, & inhabitate terram, & paſcimini in diuitiis eius, delectamini in Domino, & dabit vobis petitiones cordis veſtri, quæ vbi cœperitis in Domino delectari, auaræ eſſe non poterunt, neque iniuſtæ. Reuelate Domino viam veſtram, & ſperate in eo, & ipſe faciet, iactate ſuper Domino curam veſtram, & ipſe vos enutriet, qui cœleſti manu editi non niſi terram cogitatis, terramque diligitis ? Nolite has ſacras voces, vt ſoleris, ſpernere. Nolite auras, pluuiaſque & tempeſtates idoneas aucupari aut precari. Nolite in terra ſpem habere, ſed in illo qui reſpicit terram, & facit eam tremere, qui de ſaxo duriſſimo fontes liquidos elicit, qui te denique ab angelo tuo falli paſſus eſt, vt in illo ſpem poneres, qui non fallit. D. Multum ſolita de copia demptum eſt. R. Id modo ſubducitur, quod plus æquo vel dederunt anni præcedentes, vel ſequentes dabunt modeſtiæ, quantulumcunque ſat eſt. Auaritia lucro creſcit, eoque fit pauperior, quo plus habet. Magna vitiorum genitrix, magna nutrix atque horatrix eſt copia. Parere, malis tuis demi aliquid, quo minus copiæ, minus erit inſolentiæ, minus atque libidinis. Atque quod hæc tui ruris iniuria apud multos beneficium, ac largitas haberetur, tuque ipſe ſi aſſueuiſſes inopiæ, vbertatem hanc & copiam iudicares, in iudicio rerum ſemper conſuetudo præiudicat, tantamque vim habet, nunc quid mirum, ſi temperata faſtidiunt qui ſuperuacuis aſſueuere, qua nulla maior procella modeſtiæ eſt ? D. Sterilitas vrget inſolita. R. Sæpe quidem fortiores viros plaga fert ſterilis, fertilior molliores neque fert modo, ſed facit atque alibi natos durat, aut mollit. Sic molliuit Gallos primum, poſt Romanos Aſia, Alexandrum Babylon, Hannibalem Capua. Contra vero Romanam indolem durauit, & cotis in morem acuit illa arens, & ſcopuloſa pars Ligurum, te quem copia molliebat dolet inopia ? Sobrietatem te doceat ager tuus, & quod libri vberes nequiuere, glebæ faciant aridulæ. Nemo deſcipiendus eſt magiſter diſciplinæ vtilis. Diſce bene viuere, diſce vel ſenex, diſce vel nolens. Diſce denique vel indignans.

Studium.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

STudium, Græce σπουδὴ, ῆς, ἡ, & σπουδαῖος, ου, ὁ, ſtudioſus, σπουδάζω, ſtudio dicitur. Eſt autem ſtudium, vehemens applicatio animi cum magna voluntate ad aliquid agendum. *ſecund. Cicer. lib.* 1. *Rhetor.*

Studium importat vehementem applicationem mentis ad aliquid, & principaliter ad cognitionem. Secundario autem ad ea, in quibus homo per cognitionem dirigitur. *ſecund. B. Thom. ſecund. ſecund. q.* 166. *art.* 1. *c.*

Studioſitas eſt virtus, cuius principalis materia eſt cognitio, ſecundario autem alia, *ſecund. eund. ibid. q.* 166. *art.* 2. Dicuntur autem hæc à ſtudeo, quod eſt do operam, incumbo.

Studium Hebr. *Halilah*, & *Mahala* à verbo *Halal*, infantiliter loquutus eſt auſus & conatus eſt aliquid infantium & balbutientium more. Quid enim aliud: Sunt humana ſtudia & molimina quam infantiles nugæ & meræ vanitates ?

¶ Patrvm Sententiae.

Sedulo monendi ſunt ſcholaſtici, vt humilitate induti Chriſtiana

ſtiana diſcant non contemnere, quos cognoſcunt morum vitia, quam verborum, amplius deuitare, ſed caſto corde linguam exercitatam non conferre audeant, quam etiam præferre conſueuerant: his enim maxime eſt vtile noſſe, ita eſſe præponenda verbis ſententia. vbi præponitur animus corpori. Ex quo fit, vt ita malle debeant veriores, quàm diſcretiores inuenire ſermones, ſicut malle debent prudentiores, quam formoſiores habere amicos. *Auguſt. in lib. de catechizandis rud.*

Quid eſt inuenire, niſi in id venire quod quæritur? quæ autem vltro occurrunt menti, non dicuntur inuenta, quamuis dicantur cognita: quia non tendebat anima ad illa quærenda. *lib. 9. de Trinitat.*

Legimus aliqua, ne negligantur, legimus, ne ignoremus, legimus, non vt teneamus, ſed vt repudiemus. *Ambroſ. ſup. Lucam libro primo.*

Sit ipſa lectio temperata, cui finem conſilium, non laſſitudo imponat. Nam, vt immoderata ieiunia & ardor abſtinentiæ, & inordinatæ vigiliæ, intemperantiæ coarguuntur, & nimietate ſua pereunt, vt hæc ipſa poſtea quidem nec mediocriter fieri poſſint: ita ſtudium intemperans lectionis in reprehenſionem cadit, & quod laudabile eſt in genere ſuo, fit nimietate ſui culpabile. *Hier. ad Demetr. virg.*

Idcirco & deſidioſus ingenium ſæpe accipit, vt de negligentia iuſtius puniatur: quia quod ſine labore aſſequi potuit, ſcire contempſit: & ideo nonnunquam ſtudioſus tarditate intelligentiæ premitur, vt eo maiora præmia retributionis inueniat, quo magis in ſtudio inuentionis elaborat. Nihil ergo eſt in terra ſine cauſa, quando & ſtudioſo tarditas ad præmium proficit, & deſidioſo velocitas ad ſupplicium creſcit. *Greg. in mor.*

Omnino iniquum eſt, nobiliora ingenia, ſtudiis dehoneſtari minoribus, & eos quos ardua & grauiora expectant officia, voluptatis & vanitatis occupationibus agitari. *Petr. Chryſoſt. de curial. nugis, lib. 1.*

Omnis profectus ex lectione & meditatione procedit, quæ enim neſcimus, lectione diſcimus: quæ didicimus, meditationibus conſeruamus, *Iſid. l. 3. de ſummo bono.*

Punge, & dabit lachrymas: ſtringe mentem, & dabit intellectum. Nihil enim tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile. *Orig. ſuper exod.*

Tria ſunt ſtudentibus neceſſaria: Natura, Exercitium, Diſciplina. In natura conſideratur, vt facile audita percipiat, & percepta firmiter retineat. In exercitio, vt labore & ſedulitate naturalem ſenſum excolat. In diſciplina, vt laudabiliter viuens, mores cum ſcientia componat. *Hug. l. 3. didaſc.*

Tria ſunt, quæ præcipue ſtudiis legentium obeſſe ſolent: Negligentia, Imprudentia, Fortuna. Negligentia eſt, quando ea quæ diſcenda ſunt, vel prorſus prætermittimus, vel minus ſtudioſe diſcimus. Imprudentia eſt quando congruum ordinem in his, quæ diſcimus, non ſeruamus. Fortuna eſt, in euentu caſuum, ſiue naturaliter contingente: quando vel paupertate, vel infirmitate, vel naturali tarditate, ſiue etiam doctorum raritate, a propoſito noſtro retrahimur. In his autem tribus de primo, id eſt, negligentia lector admonendus eſt, de ſecundo vero, id eſt, prudentia inſtruendus, de tertio, id eſt, fortuna iuuandus. *ibid. lib. 1.*

Noli contemnere minima, quia paulatim defluxit, qui minima contemnit. Si primo alphabetum diſcere contempſiſſes, nunc inter Grammaticos tantum nomen non haberes. Scio quoſdam eſſe, qui ſtatim philoſophari volunt: quorum ſcientia formæ aſini ſimilis eſt, noli huiuſmodi imitari. Paruis imbutus, tentabis grandia tutus. *lib. 6.*

Sapiens ille vir Græciæ Domeſthenes cum expletis 107. annis ſe mori cerneret, dixiſſe fertur, ſe dolere, quod egrederetur de vita, quando ſapere cœpiſſet. Plato octuageſimo anno ſcribens, mortuus eſt. Socrates nonageſimum octauum in docendi & ſcribendi labore compleuit. Refert Homerus, quod de lingua Neſtoris iam vetuli & pene decrepiti dulcior melle oratio fluxerit. *libro tertio.*

Prudens lector vel auditor omnes libenter audit, omnia legit, non ſcripturam, non perſonam, non doctrinam ſpernit, ab omnibus indifferenter quod ſibi deeſſe videt, quærit, non quantum ſciat: ſed quantum ignoret, conſiderat. *ibid.*

Studium eſt aſſidua ac ſagax retractatio cogitationis aliquid inuolutum explicare nitens, vel ſerutans penetrare occultum. *ibidem.*

Meditatio eſt frequens cogitatio, modum & cauſam & rationem vniuſcuiuſque rei inueſtigans. *ibid.*

Studium, eſt animæ aſſidua & vehemens applicatio ad aliquid agendum, cum ſumma voluntate occupati. *ibid.*

¶ POETICÆ SENTENTIÆ.

Tibul. 1. 8.

At tu, dum primi floret tibi temporis ætas,
Vtere, non tardo labitur illa pede.

Claud. 4. Honor.

Interea Muſis animus dum mollior inſtes,
Et quæ mox imitere legas, nec deſinat vnquam
Tecum Graia loqui, tecum Romana vetuſtas.

Hor. 1. epiſt. 2,

Si non
Intendes animum ſtudiis, & rebus honeſtis:
Inuidia, vel amore vigil torquebere.

Ouid. 1. Triſt. 1.

Quot frutices ſyluæ, quot flauas Thybris arenas,
Mollia quot Martis gramina campus habet:
Tot mala pertulimus: quorum medicina quies
Nulla, niſi in ſtudio eſt, Pieridumq; mora.

Ouid. 1. Pont. 6.

Scilicet eſt cupidus ſtudiorum quiſq; ſuorum,
Tempus & aſſueta ponere in arte iuuat.
Saucius euitat pugnam gladiator, & idem
Immemor antiqui vulneris arma capit.
Nil ſibi cum pelagi dicit fore naufragus vndis,
Et ducit remos, qua modo nauit aqua.

Auſon. Epig. 44.

Emptis quod libris tibi bibliotheca referta eſt,
Doctum & Grammaticum te Philomuſe putas.
Hoc genere & chordas, & plectra, & barbita
Hoc die mercator, cras citharœdus eris.

Ouid. 4. Pont. 2.

Da veniam faſſo, ſtudiis quoq; frena remiſi,
Ducitur & digitis litera rara meis.
Impetus ille ſacer, qui vatum pectora nutrit,
Qui prius in nobis eſſe ſolebat, abeſt.

Perſ. 1.

At te nocturnis iuuat impalleſcere chartis:
Cultor enim iuuenum purgatas inſerit aures.

¶ PHILOSOPHICÆ SENTENTIÆ

Quia pauci ſtudia non honorant, ſimul & naturale ... eſt, & radicatum pectoribus humanis, vt qui non intelligunt non mirentur artifices. *Sido. lib. 5. epiſt.*

Studia te clarum & nobilem efficient, ſine ſtudio ... nimus, Singula (inquit Epicurus,) tangeris, notiores ... meæ faciunt, quam omnia iſta quæ colis, & propter ... ſtudiis ingeniorum creſcit dignatio, nec ipſis tantum ... betur, ſed quicquid illorum memoriæ adhæſit, ... *epiſt.*

Studio me dabo, omnia alia negligenda ſunt: vt ... mus, cui nullum tempus ſatis magnum eſt: etiamſi ... ad longiſſimos ætatis terminos vita perducatur, ... cupationibus. *epiſt. 23.*

Omne quidem tempus idoneum eſt ſtudio ſaluti ... inter illa non ſtudent, propter quæ ſtudendum eſt. *ibid.*

Studia etiam ſaluti corporis proſunt. In remedium ... honeſta ſolaria, & quicquid animum erexerit, etiam ... deſt. Cogito quam multi corpora exerceant: ingenia ... quantus ad ſpectaculum luſorum vel luctatorum ... quanta ſit mentis bonæ ſolicitudo, quam imbecilli ... quorum lacertos humeroſque mirantur. *Epiſt. 81.*

Otium ſine literis, mors eſt, & viui hominis ſepultura ... ctio ingenium, & ſtudio fatigatum, non ſine ſtudio ... nec ſcribere tantum, nec legere debemus: altera res ... vires, & exhauriet: de ſtylo dico, altera ſoluet ac dilu... hoc & illo commutandum eſt, & alterum altero ... vt quicquid lectione collectum eſt, ſtylus redigat in ... *piſtol. 86.*

Apes debemus imitari, quæ vt vagantur & flores ad ... dum idoneos carpunt: deinde quicquid attulere, diſpo... fauos digerunt: Ita debemus quæcunque ex diuerſa lectione ... geſſimus ſeparare, melius enim diſtincta ſeruantur: ... tam facultatem ingenii in vnum ſaporem varia illa ... fundere, vt etiam ſi apparuerit vnde ſumptum eſt, ... quam vnde ſumptum eſt, appareat. *ibid.*

Quod in corpore noſtro videmus operari naturam, ... quæ accepimus, quamdiu in ſua qualitate perdurant, ... natant ſtomacho, oneri ſunt: at cum ex eo quod erant ... ſunt, tunc demum in vires & ſanguinem tranſeunt. Idem ... quibus aluntur ingenia, præſtemus, vt quæcunque ... non patiamur integra eſſe: ne aliena ſint, coquamus ... quin in memoriam non ibunt, non in ingenium: ... cimus. Vnum quidem fiet ex multis, hæc faciat animus ... omnia quibus eſt aditus, abſcondat, ipſum tamen oſtendat ... efficit. *ibid.*

Quicquid facies, redi à corpore ad animum: illum ... noctibus exerce, labore modico colitur ille, hanc exercitationem ... non frigus, non æſtus impediet, nec ſenectus quidem: ... te iubeo ſemper imminere libro aut pugillaribus, ... quod interuallum animo: ita tamen vt non reſoluatur, ... tur. *epiſt. 15.*

plus prodeſſe, ſi pauca ſapientiæ præcepta teneas, ſed illa in promptu & in vſu tibi ſint, quam ſi multa quidem didiceris, & illa non habeas. *lib.1.de benef.*

Non refert quam multa ſciat luctator, ſi ſcit quantum victoriæ ſufficit quam multa ſciat luctator. Sic in ſtudio multa delectant, pauca vincunt, licet neſcias. Quo Oceanum offendat, & reuocet, quid ſit, quod gemino ſeptem ſeparet: partum tamen iungat, vtrum vnus concubitus ſpargatur in duos, an toties concubuerit, cui pariter natis fata nocebit tranſire, quæ nec licet ſcire, prodeſt: quicquid e meliores beatoſque facturum eſt, aut in aperto, aut in proximo poſuit. *ibidem.*

Certis ingeniis nutriri, & immorari oportet, ſi velis aliquid trahere quod in animo fideliter ſederat. *epiſt.1.*

Vitam in peregrinatione agentibus hoc euenit, vt multa hoſpitia, nullas amicitias: idem accidit his, qui nullius ingenio familiariter explicant, ſed omnia curſim & properanter tranſeunt. Non prodeſt cibus, qui ſtatim ſumptus emittitur. Nihil ita ſanitatem impedit ſicut remediorum crebra mutatio. Non conualeſcit quæ ſæpe transfertur. Nihil ita vtile eſt, quod in tranſitu ſed modo (inquis) hunc librum euoluere volo, modo illum, fastidientis ſtomachi eſt, multa deguſtare, quæ vbi varia ſunt & diuerſa inquinant, non alunt. Quum igitur multa percurreris, vnum elige quod illa die concoquas. *ibidem.*

Otium ſcholaſticus otium eſt, ſed negotioſum, & quod animum ad honeſta ſollicitum. *in epiſt.*

Studiis & diuitiis pariter vacare non potes, nec animam illam habitare ſapientia, quam videt infectam deſideriis, & curis mortalibus inuolutam. *epiſt.17.*

Si vis vacare animo, aut pauper ſis, aut pauperi ſimilis. Multis ad philoſophandum obſtitere diuitiæ, paupertas autem expedita, ſecura. *ibidem*

Studentibus quidem prodeſt ſubinde animum relaxare: excitatur animo vigor, & omnis triſtitia, quæ continuatione ſtudii pertinaciter inducitur: feriarum hilaritate diſcutietur. Studia enim leniter delectant, contracta & propius admota faſtidio ſunt. *Sen.*

Studium vnicum doloris leuamentum eſt. *Plin. Iunior. l.8.*

Vt in vita, ſic in ſtudiis pulcherrimum & humaniſſimum exiſtimo ſeueritatem comitatemque miſcere, ne illa in triſtitiam, hæc in petulantiam procedat. *ibid.*

Tantus eſt innatus in nobis cognitionis amor, & ſcientiæ, vt nemo dubitare poſſit, quin ad eas res hominum natura nullo emolumento inuitata rapiatur. Videmus ne vt pueri, ne verberibus quidem a contemplandis rebus perquirendiſque deterreantur, aut pulſi redeant, & aliquid ſe ſcire gaudeant, vt aliis narrare geſtiant? Quid vero, qui ingenuis ſtudiis atque artibus ita delectantur, vt nec valetudinis, nec rei familiaris habeant rationem: omniaque perpetiuntur, ipſa cognitione & ſcientia captos, & cum maximis curis, & cum laboribus compenſare eam, quam ex diſcendo capiant voluptatem. *5. de Fin.*

Inſita quædam, vel potius innata cupiditas ſcientiæ: natique ſumus ad congregationem, ad ſocietatem, ad communitatemque generis humani. *4. de Fin.*

Omnes trahimur & ducimur ad cognitionis, & ſcientiæ cupiditatem, in qua excellere pulchrum putamus: labi autem & errare, neſcire & decipi, & malum, & turpe ducimus. *2. Offic.*

Cum ſumus neceſſariis negotiis, curiſque vacui: tum auemus aliquid videre, audire, diſcere: cognitionemque rerum aut occultarum, aut admirabilium ad bene beateque viuendum neceſſariam ducimus. *1. Offic.*

In ipſis rebus quæ diſcuntur & cognoſcuntur, inuitamenta inſunt, quibus ad diſcendum, cognoſcendumque mouemur. *5. de Finib.*

Optimus & grauiſſimus quiſq; confitetur ſe multa ignorare, & multa ſibi etiam eſſe diſcenda. *2. Tuſc.*

Omnia ſcire cuiuſmodi ſint cupere, curioſum eſt: duci vero maiorum rerum contemplatione, ſummorum virorum eſt putandum. *5. de Fini.*

Qualia ſunt publica ciuitatum ſtudia, talis eſt etiam priuatorum. *Dionyſ. Hal. l.5.*

In magna copia rerum, aliud alii natura iter oſtendit. *Salluſt. de coniurat. Catil.*

Multi militia, quidam exercendo agros tolerarunt vitam. Nihil vnquam expetitur, niſi cuius fructus ante prouiderit. *Tacitus hiſt. lib.11.*

Fieri non poteſt, vt qui rebus nullius pretii operam diligentem dat, poſſit magnis & præclaris vllis negotiis vacare. Cum enim omnis cogitatio in iſta conferatur, neceſſe eſt vt ea negligat, quæ vere ſunt admiratione digna. *Ælia Var. hiſt. l.2.c.27.*

Natura infirmitatis humanæ tardiora ſunt remedia quàm mala: vt corpora lente augeſcunt, cito extinguuntur, ſic ingenia ſtudiaque oppreſſeris facilius quam reuocaueris. Subit quippe etiam ipſius inertiæ dulcedo: & inuiſa primo deſidia, poſtremo amatur. *Tacit. in vita Agric.*

Magnos profecto & longe honeſtiſſimos optimorum ſtudiorum fructus, illi ante alios in hac vita cœpiſſe exiſtimantur, qui omnes ingenii facultates in id maxime opus ſanctiſſimo fine propoſito contulerunt, quo & prodeſſe bonis mortalibus ingenuo labore poſſent, & ſui memoriam præclaro literarum teſtimonio poſteris commendare niterentur. Quando in hac vita, quam in natura incertis breuis æui anguſtiis humano generi præſcripſit, nihil beatius eſſe poteſt quam nominis famam immortalibus inuicti animi monumentis ad non incertam ſpem ſempiternæ laudis extendiſſe. *P. Ionius, præfat. in libro hiſtor.*

Cum peregrinos quoſdam diuites Romæ forte vidiſſet Cæſar, canum & ſimiarum catulos in gremiis circumferre, iiſque ſeſe oblectare, percontatus eſt: Ecquid apud ipſos mulieres liberos non parerent? Digna mehercle principe vox, qua erroris admonuit eos, qui à natura inditos nobis affectus, quibus ad amorem hominum incitamur, in beſtias abſumerent. Verum animo noſtro non tantum diſcendi ſpectandique aliquid innata eſt cupiditas, (quam in canum etiam ſimiarumque catulis animaduertimus) ſed præterea ratio etiam quæ eos reprehendat, qui iſta cupiditate ad audiendas ſpectandaſque res nullius prætii abutantur, iis neglectis quæ pulchræ ſunt & conducibiles. Senſui quidem, cum ab obiecto quocunque afficiatur, atque moueatur, forſitan neceſſe ſit omne id quod oculis offertur, ſiue id inutile ſit ſiue vtile apprehendere: intellectus autem ea eſt natura, vt quæ velit poſſit contemplari, & ab iis quæ non probat, ſeſe nullo negotio auertere. Ergo ad contemplandum ea ſunt deligenda, quorum conſideratione mens ipſa quoque alatur. Vt enim oculis commodus eſt color floridus & elegans, qui dum ſimul ipſum etiam viſum exſuſcitat atque alit: ita intelligentia iis rebus conſiderandis adhibenda eſt, quæ cum delectatione ſimul ipſum etiam ad ſuum bonum appetendum prouocent, nimirum ad virtutis actiones, quæ dum cognoſcuntur vna æmulationem quandam ac ſtudium imitandi in animis excitant. In cæteris ſane rebus non ſemper admirationem eius quod factum eſt, cupiditas idem efficiendi comitatur: & quidem plerunque contra fit, vt cum opus laudemus, opificem contemnamus. Verbi gratia, vnguentis & purpura delectamur: at vnguentarios & tinctores pro illiberalibus ac ſordidis hominibus ducimus, Quapropter recte Antiſthenes cum Iſmeniam egregium tibicinem audiret prædicari, Atqui homo eſt prauus, inquit: alioquin enim tantum in hac arte non præſtaret, Philippus filio ſuo, quod ſuauiter & artificioſe quodam in loco cecinisſet fidibus, Non te, inquit, pudet, tam belle citharam pulſare? Regi enim ſatis eſt tantum ocii ſibi ſumere vt alios canentes audiat: multumque tribuit Muſis, ſi ſpectatorem aliis ſe horum certaminum præbeat. Qui vero ipſi in rebus vilibus elaborant, eo ipſo teſtatum faciunt, te non magnam præclararum rerum curam gerere. Neque vero quiſquam bonæ indolis adoleſcens, viſo Olympio Ioue, Phidias fieri cupiit, neque viſa ea quæ eſt Argis Iunone Polycletus, & verum virtutis actiones eo modo afficiunt contemplantem, vt confeſtim & miretur eas, & autorem imitari cupiat, *Plut. in Pericle.*

¶ SIMILITVDINES.

Plinij. Luſciniis tantum eſt canendi ſtudium, vt certantes emoriantur, ſpiritu citius deficiente quam cantu: Ita nonnulli literarum immodico amore valetudinem extinguunt, & dum à nullis vinci volunt eruditione, pereunt in ipſo conatu. *Lib.10.c.29.*

Roterodami. Notatus Protogenes, alioqui ſummus in pictura artifex, quod neſciret manum tollere de tabula: Ita quidam ſcriptores immodica diligentia peccant, quibus nihil vnquam ſatis emendatum videtur. *in Similib.*

Vt feris alius aliunde victus: ſic hominibus aliis aliunde viuendi ratio: alius philoſophatur, alius militat *Plut.*

Vt Androgyni ſic vtroſque imitantur, vt neutrum ſint, nec mares, nec fœminæ: Ita quidam dum & theologi volunt eſſe & rhetores, à neutris agnoſcuntur. *Eraſm.*

Vt à Seribus molliſſima vellera, & ab iiſdem duriſſimum ferrum mittitur: Sic à quibuſdam diuerſa proficiſcuntur. *idem.*

Crocodilus anceps animal nunc in terris agit, nunc in aquis: in terra ponit oua, in aqua prædatur, & inſidiatur: Ita quidam ſimul & aulici ſunt & Eccleſiaſtici, & vtrobique peſtilentes.

Vino modico nerui, & oculi iuuantur, eodem copioſiore læduntur: ſic literis modice gu[illegible]is adiuuatur vita, eadem læditur, ſi quis immodice incumbat. *Eraſm.*

¶ HISTORICA EXEMPLA.

Pomponius libro Pandectarum XI. de fidei comiſſ. libert. apud Iulianum, inquit: ego diſcendi cupiditate, quam ſolam viuendi rationem optimam, in octauum, & ſeptuageſimum annum ætatis duxi, memor ſum huius ſententiæ, quam dixiſſe fertur *Solon*: Etſi alterum pedem in ſepulchro haberem, adhuc diſcere quædam vellem. *Eraſm. in adagiis.*

Michael Imper. Conſtantinopolitanus ſtudio aurigandi neglexit imperium. Cum enim quodam tempore in curru conſediſſet, iamque equi eſſent carceribus emittendi, nuncius allatus

fuit ab Amete Saraceno præfecto, Melitenæ imminere magnum malum. Tum Imperator toruo vultu, quonam modo, inquit, auſus es, ſceleſte mihi tam neceſſario certamine occupato, moleſtus eſſe? cum in hoc vnum incumberem: vt eum qui medium tenet in læuam partem auertam, de quo mihi totum hoc certamen eſt. *Ced.*

Vide, Diligentia, Philoſophia, Ars, Scientia.

Stultitia, Stultiloquium.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

STultitia, Græce *μωρία, ας, ἡ, & μωρὸς, ῦ, ὁ*, ſtultus dicitur. Stultitia, Hebr. *Iuueleth*, ſtultitia, fatuitas, vecordia. *Ebil*, ſtultus, ſtolidus, delirus, qui inſipienter res ſuas gerit, diſſolutis eſt moribus, & temerarie ſe obſtringit. Hinc ὑελεῖν, delirare, *ὑελὸς, ἠλεὸς*, ſtultus. Dicituretiam Stultitia *Theſel*, id eſt, Obliquitas, tortuoſitas: & ſtultus, *Cheſil*, obliquus, tortuoſus, inconſtans, à verbo *Caſah*, obliquus & inconſtans fuit, Cognationem habet cum *Fachal*, prauus fuit, deprauatus eſt. Deniq; ſtultia nominatur ab Heb. *Nebalah*, & ſtultus *Nabat*, id eſt, vilis, *φαῦλος, ſol* vel *faul* à verbo *Nabel*, flauus fuit, emarcuit, & per metaphoram palluit, viluit. Nam vt flores naturali humore deſtituti palleſcunt, flaueſcunt, & decidunt, ita ſtultus vigore iudicii & rationis exutus, vilis eſt in oculis Dei & hominum piorum. Eſt autem ſtultitia in factis dictiſq; per ignorantiam recti ac boni erratio. *ſecund. Lactant. l.5. diuinarum inſtit.*

Stultitia importat hebetudinem ſenſus ſpiritualis. Fatuitas autem totalem priuationem eius. Ideo prima opponitur contrarie ſapientiæ: ſecunda vero priuate. *Ex B. Thom. ſecund. Secundæ. q.8. art.6.*

Stultitia igitur à ſtupore: Quia ſtultus eſt, qui propter ſtuporem non mouetur. *ſecund. Ariſt. l.2. Ethic. & q.46. Thom. ſecund. Secund. art.1.*

Stultiloquium, Græce *μωρολογία, ας, ἡ*, dicitur ſignificatque peruerſam ſententiam verborum, per quæ quis præfert delectationes luxuriæ aliis bonis. *ſecundum B. Thom. ſecund. Secundæ quæſt. 113. art.5.*

¶ BIBLICI LOCI.

Stultiloquium damnatur. *Rom.1.30. Eph.5.v.4.*

Stultitia, *Prouerb.14.29. & 20.3. & 26.1. & 27.22. Eccl.10.2. Eccl.33.5. Baruch.3.23. Matth.7.26. & 25.2. Marc.7.22. Eph.4.5.* Stultitia quæ laudanda, 1. *Corinth.3.18.* Stultus ſtultitiam deſerere non poteſt, *Prouerb.27.33.* Stultus felicitate vti non poteſt, 26.1. Stulti ira quam noxia, 27.3. Stulto quando reſpondendum, *Prou.26.4.* Stulto nihil proſunt diuitiæ, 17.16. Stulti contentionum authores, *Prou.18.6.* ſapientes ſibi videntur, 26.v.16. itaque caſtigatione vix emendantur, 17.10. & tamen caſtigandi ſunt, 10.13. & 26.3. Stulta mundi cura à Deo eliguntur, 1. *Corinth.1.27.* Stultorum corda, in ore eorum ſunt: ſapientium ora è contrario in corde ſunt *Eccl.21.23.* Stultorum infinitus numerus eſt, *Eccl.1.v.25.* Stultis ſilentium imponendum, *Prou.26.10. 1. Pet.2.16.*

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Sapientiam atq; doctrinam ſtulti deſpiciunt. *Prou.1.*

Filius ſapiens lætificat patrem: Filius vero ſtultus mœſtitia eſt matris. *ibid.10.*

Stultus irridet diſciplinam patris ſui: Qui autem cuſtodit increpationes, aſtutior fiet. *Ibid.13.*

Plus proficit correctio apud prudentem, quam centum verbera apud ſtultum. *ibid.17.*

Stultorum infinitus eſt numerus. *Eccl.1.*

Sicut ſonitus ſpinarum ardentium ſub olla: ſic riſus ſtulti. *ibidem.7.*

Arenam & ſalem, & maſſam ferri facilius eſt ferre, quam hominem imprudentem, & fatuum & impium. *Eccl.22.*

¶ PATRVM SENTENTIAE.

Reſcindenda inſipienti poteſtas eſt, non adiicienda libertas. Inſipientis in libertate ruina vehementior eſt. *Ambroſ.*

Stulti tanto intenſius de alieno iudicant, quanto ſua profundius ignorant. *Greg. in mor.*

Stultus viator eſt, qui in via amœna prata conſpiciens obliuiſcitur quo tendebat. *ibid.*

Tanto quiſque intus amplius ſtultiör fit, quanto conatur exterius ſapiens videri. *ibid.*

Stultus eſt, qui per ignominiam non commouetur ad dolorem, & qui non mouetur ad iniuriam. *Iſid.*

Qui ſe diligit ſtultum, non proficiet ad ſapientiam. *Aug. vera relig.*

Qui ea, quæ Dei ſunt, ſapiunt, à Domino ſapiuntur: qui Dei ſunt, neſciunt, à Domino neſciuntur: Paulo atteſtante Si quis ignorat, ignorabitur. Idem: Quicunq; ſtultus eſt erit ſapiens in pœna. *Greg. in moral. & hab. diſt. 58. can. Qui*

¶ POETARVM DICTA.

Sophocles in Aiace.

Οἱ γὰρ κακοὶ γνώμαισι, τἀγαθὸν χεροῖν
Ἔχοντες οὐκ ἴσασι πρίν τις ἐκβάλῃ.
Homines enim malæ mentis bonum præ manibus
Habentes non cognoſcunt, antequam amittatur.

Hor. 1. Epiſt. 1.

Virtus eſt vitium fugere: & ſapientia prima,
Stultitia caruiſſe.

Aias per Auſ.

Quid ſtulti proprium? non poſſe, & velle nocere.

Plaut. Amph.

Non tu ſcis: Bacchæ bachanti ſi velis aduerſarier,
Ex inſana inſaniorem facies, feriet ſæpius,
Si obſequare, vna reſoluas plaga, &c.
Irritabis crabrones.

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Stulti deſiderant abſentia: præſentia vero, etſi meliora ſint, negligunt. *Democ. apud Stob*

Stultus diues, mancipium aureum. *Socr. ibid.*

Omnium malorum ſtultitia eſt mater. *Cic. de Pet. Conſ.*

Multa ſunt incommoda, quæ ſapientes commodorum compenſatione leniunt, ſtulti nec vitare venientia poſſunt, nec ferre præſentia. *Cic. 2. de Nat. Deor.*

Inter cætera mala, hoc quoq; habet ſtultitia: ſemper incipit viuere. *Sen. 13. epiſt.*

Stulto nulla re opus eſt, nulla enim vti ſcit, ſed omnibus eget. Omnis ſtultitia laborat faſtidio ſui. Nemo eſt ex imprudentibus qui relinqui ſibi debeat. *Epiſt. 10.*

Humilis eſt ſtultitia, res abiecta, ſordida, ſeruilis, multis affectibus & ſæuiſſimis ſubdita. *Sen. 36. epiſt.*

Si quando fatuo delectari volo, non eſt mihi longe quærendus, me video. *ibid.*

Sapientiſſimus quiſq; æquiſſimo animo moritur, ſtultiſſimus iniquiſſimo. *Cic. Paradox.*

Stulti, malorum conſcientia torquentur: Sapientes bona præterita renouata grata recordatione delectant. *1. de Finib.*

Nullus ſtultus beatus, & ſapiens non beatus. *ibid.*

Multa ſunt incommoda in vita, quæ ſapientes commodorum compenſatione leniunt: ſtulti nec vitare venientia poſſunt, nec ferre præſentia. *1. de Natur. Deor.*

Multarum & grauium calamitatum multis hominibus ſtultitia cauſa eſt. *Ex orat. de Rhodiorum libertate. Demoſt.*

Stultum eſt ipſos res veſtras negligentes dicere aliorum rerum curam vos habere & præſentia contemnentes, de futuris conſulere. *ex orat. 3. in Phil.*

Stultitia maius eſt malum, quam omnia mala & fortunæ & corporis. *Cic. 3. de Nat. Deor.*

Inſipientia nullum maius malum eſt. *3. Tuſc.*

Miſerius ſtultitia quid dicere poſſum? *Cic. 1. de Nat. Deor.*

Quid abiectius ſtultitia dici poteſt? *de Leg.*

Omnes ſtulti inſaniunt. *Cic. 4. Tuſc.*

Eſt proprium ſtultitiæ, aliorum vitia cernere, obliuiſci ſuorum. *3. Tuſc.*

Stultorum plena ſunt omnia. *Cic. Papy. Pæto Famil. 9.*

Omnium ſtultorum id ſemper eſt ingenium, vt quum fortuna aſſentatur, magnifice de ſe ſentiant: at quum terror illis incidit, ſapiant. *Dion. Halic. l.5.*

Scitis omnes ſtultos (præſertim vero vulgus) in humiliores arroganter, erga ſuperbos demiſſe ſolere ſe gerere. *idem l.6.*

In mediis certaminibus pœnitere cœptorum conſuescunt, qui inconſideratius res ipſas aggrediuntur. *Procop. de bel. Goth. l.*

Stultorum eſt, innumeris velle calamitatibus ob grauem pertinacem contentionis & pertinaciæ affici, nec vllam moleſtiarum ſolutionem deniq; inuenire. *idem l.2.*

Miſerum eſt, quum anteuertere incommodum poſſis, committere, vt id vobis eueniat ac deinde pœnitentia corripi. *Dion. l.*

Ludere iis in rebus in quibus ſerio agendum, & circa ea multum ſudare, in quibus haud quicquam proficere poſſis, *G. Pachymer. hiſt. l.4.*

Epimethei pediſſequa pœnitentia. *idem, l.3.*

Michael Palæologus mentis cum compotem eſſe negat, qui non ſuo, ſed alieno conſilio ſuis in rebus vtatur. *G. Pachym. hiſtor. lib. 4.*

Nullum ad retinenda bona certius quam memoria adiutorium. Immemoribus enim & ſtupidis ea cum tempore

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN